



Per.
Lat
020

Prodit Budapestini, VIII., Baross-u. 62. circa Idus cuiusque mensis, excepto Julio et Augusto.
Pretium subscriptionis annuae 60.000 coronarum (4 P 80 f).

Stephanus a comitibus Bethlen,

antiquissimo nobilissimoque genere natus, vir¹ rerum¹ civilium¹ ex² omni² parte² peritissimus,¹ orationem in oppido Debrecen ad cives habens rationem³ reddidit³ de rebus gestis atque gerendis. Abhinc⁴ sex annos summam rerum Hungaricarum administrat neque tamen antehac tam gra-
via verba unquam fecit. Quid enim dixit? nos acquiescere⁵ non posse in iussis hostium, quibus fines Hungariae divisissent. Quibus verbis significatur hoc factum esse iniustum. Haec verba eo gra-
viora sunt, quod vir ille callidissimus⁶ et cautissimus diligenter omnia, priusquam eloquatur, circumrodit⁷ neque adhuc ulla verba aspera⁸ in hostes nostros enuntiavit. Nos igitur omnium⁹ virium⁹ contentione⁹ id agere debemus, ut iniustitia atque iniuria nostra finiatur et restituantur pristini fines, qui maxima iuris violatione nobis inermibus ablati et quasi abscissi sunt. Nos enim, pro dolor, et diuturnitate huius mutilae¹⁰ conditionis et difficultatibus vitae debilitati¹¹ ac sopiti rem non, ut oportet, curare videmur; alii de rerum adversarum mutatione et correctione desperant. Utrumque vitiosum est, utrumque calamitosum.¹² Nam et homines incuriosi et desperantes sunt languidi neque facile ad

agendum excitantur. Stephanus Bethlen et Cuno Klebelsberg, summus curator cultus atque humanitatis, plurimis verbis monstrant viam, quam sequi debeamus atque ita paulatim, sed certo, id quod volumus, assequemur. Interim aspiciamus crebro chartam¹³ geographicam,¹³ in qua Hungaria mutilata et quasi detruncata¹⁴ videtur; simul mente¹⁵ condamus¹⁵ et veteres fines, quos amisimus et novos, ultra quos Hungari in crudelissima servitute gemunt atque expectant, dum ipsis auxilium et libertatem feramus.

¹ államférfi ² minden tekintetben ³ beszámol
⁴ óta ⁵ belenyugszik ⁶ tapasztalt ⁷ megrág ⁸ sértő
⁹ minden erővel ¹⁰ csonka ¹¹ elzsibbadt ¹² káros
¹³ térkép ¹⁴ lenyes ¹⁵ elméjébe vés.

De duobus rei¹ rusticae¹ scriptoribus¹ antiquis.²

Scripsit Adrianus Fejér.

I. De M. Porcio Catone.

In bibliotheca³ Abbatiae⁴ Ordinis⁴ Cisterciensis⁴ ad⁴ Sanctum⁴ Gotthardum,⁴ in pulpitis⁵ pulcherrima ornatis arte,⁶ quae his⁷ temporibus⁷ dicitur «intarsia»⁶ multi haben-

¹ gazdasági író ² ókori ³ könyvesház, könyvtár
⁴ a ciszterci rend szentgotthárdi apátsága ⁵ könyvespolc, állvány ⁶ berakásos munka, művészet ⁷ ma, manapság.

tur⁸ libri ab auctoribus⁹ Graecis et Latinis conscripti veterrimis.

Nuperrime¹⁰ iterum in bibliotheca indaganti¹¹ libri M. Porcii *Catonis* et M. Terentii *Varronis*, in uno volumine¹² compacti¹² in manus venerunt.

Libri titulus omnis:¹³ Marci (sic, non abbreviate scriptum!) *Catonis* ac M. Teren(tii) *Varronis* De re rustica libri, per¹⁴ Petrum Victorium, ad¹⁵ veterum¹⁵ exemplarium¹⁵ fidem,¹⁵ suae¹⁶ integritati¹⁶ restituti.¹⁶ Apud Seb.¹⁷ Gryphium. Lugduni,¹⁸ 1549. Editio¹⁹ igitur veterrima.

Nunc igitur vellem de utriusque viri supra²⁰ memorati²⁰ praestantissimique²¹ vita, moribus et scriptis pauca exponere, inprimis de opere, cui titulus apud utrumque auctorem «De re rustica» quaedam²² excerpta²² in²³ Lucem²³ proferre,²³ eademque nonnullis adnotationibus²⁴ atque interpretationibus²⁵ illustrare.

Quibus²⁶ praemissis²⁶ aggrediamur²⁷ vitam et opera M. Porcii *Catonis*.



De saxo filii.

Multi montes, saltus, nemora¹ sunt in Transsylvania, quorum unusquisque suam historiam habet. Etiam saxum filii. Id vicinum² est cuidam pago, cuius incolae libenter venientibus historiam saxi maxime ardui enarrant.

Vixerat quondam in illo pago pater cum filio, qui valde alter alterum amabant, et beato silentio ac merita pace vivebant. Sed pater gravi morbo³ attactus³ erat. Filius omnes rogabat, quid sibi faciendum esset, patrem ut sanaret, sed nemo ei consilium dare potuit. At pater paucis post diebus adeo infirmus erat, ut valedicturus filium appellaret. Vespere filius tristis Deum orabat precibus, ut se patrem sanandi modum doceret. Et mirabile dictu, in somno genius⁴ ei apparebat, ostendens saxum pago vicinum et dicens, ibi herbam esse, qua pater aegrotus

M. Porcius Cato (cognomine²⁸ Censorius, Censor, Priscus vel Superior, Sapiens), vir aetatis suae celeberrimus, moris²⁹ ac characteris²⁹ Romani²⁹ exemplar²⁹ ad²⁹ imitandum²⁹ propositum,²⁹ natus est Tusculum anno 234-o a. Chr. n. et diem obiit supremum anno 149-o 85³⁰ annos³⁰ natus.³⁰

Opus *Catonis* «De re rustica» totum³¹ ad nos pervenit. In exordio³² agricolam cum foeneratore³³ et mercatore confert,³⁴ denique palmam³⁵ agriculturae porrigit³⁶ hisce verbis:

8 van 9 scriptoribus = író, szerző 10 jó multkoriban 11 kutat, buvárkodik 12 kötetbe foglalva, kötve 13 teljes 14 által 15 a régi példányok megbízhatósága szerint vagy a régi hiteles példányok alapján 16 a maguk teljességében helyreállítva 17 Sebastianum = Sebestyén 18 Lyonban 19 kiadás 20 fentebb említett 21 kiváló, kitűnő 22 egy-két szemelvényt 23 közöl, közlétesz 24 jegyzet 25 magyarázat 26 ennek előre becsátása után 27 belefog, belekezd 28 mellékeve szerint vagy után 29 a római jellem mintaképe 30 85 éves korában 31 egészen 32 bevezetés 33 bankár 34 összehasonlít 35 pálmát oda nyújtja 36 gyarmatos.

sanus fieri posset. Vix genius dilapsus⁵ erat, filius somno excitatus est, et non dubitans, quin genium Deus nūcisset, se saxum ascensurum decrevit. Pater et vicini frustra ei persuadere voluerunt, incepto⁶ ut desisteret, quia nemo saxum ascendere potuit, ille tamen proficiscebatur. Amici videntes eum vertici appropinquare, mirabantur. Ipse adulescens nullum periculum vel gravitatem aspexit magno patris amore. Sed vertice attacto se defatigatum sensit. Fessus virecto⁷ incubuit et manibus herbam colligere coepit. Postquam se refrigerarat, ad planitiem descendere voluit, sed viam iam non repperit, qua de saxo arduo descendere posset. Maestus et desperatus oculos ad homines devertit et inter eos patrem aspexit. Senis sperantis aspectus eum immemorem sui mali fecit. Ad finem extremum saxi iit et ostendit herbam hominibus. Postea herbam in vestem occultavit et se in profundum iecit. Herba patrem sanavit, sed filius mortuus est. Incolae autem huius pagi etiam nunc narrant venientibus de filio venerabili, qui vitam pro parente posuit.

Anna Fábián.

1 liget 2 szomszédos 3 megbetegedett 4 jó szellem, angyal 5 eltűnt 6 vállalkozás 7 pázsít.

«Virum bonum (maiores nostri) cum laudabant, ita laudabant: bonum agricolam, bonumque colonum.³⁶ Amplissime³⁷ laudari³⁷ existimabatur,³⁷ qui ita laudabatur... Ex agricolis enim et viri fortissimi et milites strenuissimi³⁸ gignuntur, maximeque pius³⁹ quaestus,⁴⁰ stabilissimusque»...

Agitur⁴¹ in opere de domini et villici⁴² officiis, de vicinis,⁴³ de familia⁴⁴ de pecudibus domesticis, de armis,⁴⁵ de villa, de cella,⁴⁶ de stabulis, de pastu,⁴⁷ de stercoratione,⁴⁸ de statione⁴⁹ et insitione⁵⁰ vitis, aliarumque plantarum, de arborum⁵¹ felicium⁵¹ fructibus, de medicamentis⁵² et insuper de multis aliis rebus.

In medicamentis inserit⁵³ etiam brassicam,⁵⁴ cibum speciali⁵⁵ modo⁵⁵ *Hungaricum*, «quae omnibus oleribus antistat.»⁵⁶

Operae⁵⁷ pretium⁵⁷ est⁵⁷ perlegere et in⁵⁸ pauca⁵⁸ conferre⁵⁸ caput 156., cui titulus est: «*Brassica quot medicamenta in se habeat?*» Omissa⁵⁹ naturaliter orthographia⁵⁹ archaistica⁵⁹ Catonis, qui *heis* scribit pro⁶⁰ *his*, *queis* pro quibus, *eabus* pro eis vel iis, *siet* pro sit etc., nos ubique⁶¹ usitatum⁶² scribendi modum adhibemus.⁶³ Particulae⁶⁴ quaedam ex capite 156.:

1. «Si voles in conviviis multum bibere, coenareque libenter, ante coenam esto⁶⁵ crudam⁶⁶ quantum voles ex⁶⁶ aceto.⁶⁶ Et item,⁶⁷ ubi coenaveris, comesto⁶⁸ aliqua folia, reddent⁶⁹ te⁶⁹ quasi⁶⁹ nihil ederis, biberisque, bibesque quantum voles.»

2. «Verum⁷⁰ quibus tormina⁷¹ molesta erunt, brassicam in aqua macerare⁷² oportet etc.»

3. «Et si bilis⁷³ atra⁷³ est, si lienes⁷⁴ turgent,⁷⁵ et si cor dolet et si iecur,⁷⁶ aut pulmones,⁷⁷ aut praecordia,⁷⁸ uno verbo omnia sana faciet (*brassica*), intro⁷⁹ quae dolitabunt.»⁸⁰

4. «Verum morbum⁸¹ articularium⁸¹ nulla res tantum purgat, quantum brassica cruda, si eam edes cum ruta⁸² et coriandro⁸³ concisam.»⁸⁴

5. «Omnis qui insomniosus⁸⁵ est, hac eadem curatione sanum facies. Verum assam⁸⁶ brassicam... dato⁸⁷ homini ieiuno.»⁸⁸

6. «Et si quis ulcus⁸⁹ tetrum⁹⁰ vel recens⁹¹ habebit, hanc brassicam erraticam⁹² aqua spargito, opponito,⁹³ sanum facies.»

7. «Et si polypus⁹⁴ in naso⁹⁵ introierit, brassicam eraticam aridam⁹⁶ tritam⁹⁷... ad nasum admoveto.»

8. «Auribus si parum audies, terito cum vino brassicam, sucum⁹⁸ exprimito,⁹⁹ in aurem intro tepidum¹⁰⁰ instillato,¹⁰⁰ cito te intelliges plus audire.» Et cetera.

Praeterea adhuc permultos enumerat morbos, qui omnes brassica curantur.¹⁰¹

Exempli¹⁰² gratia¹⁰² videamus adhuc caput ultimum, quod omnino multas habet proprietates¹⁰³ et cui titulus est:

*Salsura*¹⁰⁴ *pernarum*¹⁰⁵

Pernas sallire¹⁰⁶ sic oportet in dolio,¹⁰⁷ aut in seria.¹⁰⁸ Cum pernas emeris, unguas¹⁰⁹ earum praecidito.¹¹⁰ Salis Romaniensis¹¹¹ moliti¹¹² in singulas semodius.¹¹³ In fundo¹¹⁴

³⁷ úgy vélekedtek, hogy az kapja a legnagyobb diéséretet ³⁸ legvitézebb ³⁹ legtisztességesebb ⁴⁰ kereset ⁴¹ szó esik, szől ⁴² gazda, botosispán ⁴³ szomszédság ⁴⁴ cselédség ⁴⁵ szerszámok ⁴⁶ éléskamra ⁴⁷ legelő, etetés ⁴⁸ trágyázás ⁴⁹ vetés, ültetés ⁵⁰ oltás ⁵¹ gyümölcsfa ⁵² orvosság, orvosság ⁵³ oda soroz ⁵⁴ káposzta ⁵⁵ főkép, elsősorban ⁵⁶ felülmúl ⁵⁷ érdemes a fáradságra, érdemes végigolvasni ⁵⁸ kivonatol ⁵⁹ mellőzve az ősi, régies helyesírást ⁶⁰ helyett ⁶¹ mindenütt ⁶² használtabb, szokottabb ⁶³ alkalmaz, használ ⁶⁴ részlet, szemelvény ⁶⁵ egyél ⁶⁶ savanyított nyers káposztából ⁶⁷ hasonlóképpen ⁶⁸ egyél ⁶⁹ úgy rendbe hoz, mintha...; tehát már a régiek is ismerték a korhelylevest ⁷⁰ = vero = pedig, de a mondat első helyén ⁷¹ hascsikarás, bélgörcs ⁷² beáztat, porhanyít, pácol ⁷³ bilis = epe; bilis atra = búbánat, búskomorság ⁷⁴ lép ⁷⁵ duzzad ⁷⁶ máj ⁷⁷ tüdő ⁷⁸ belső részek ⁷⁹ belül ⁸⁰ nagyon fáj ⁸¹ köszvény ⁸² egy keserű növény, szagos ruta; leveleit ma is orvosságul használják ⁸³ magváért termesztett ernyősvirágú növény ⁸⁴ ősz szevagdaltam ⁸⁵ álmatlan ⁸⁶ sült, süttött, pörkölt ⁸⁷ adj ⁸⁸ étlen, éhes, éhomra ⁸⁹ kelevény, daganat ⁹⁰ iszonyú, borzalmas, undok; itt talán régi, idült ⁹¹ friss, nemrég keletkezett ⁹² vadon termő; csak a káposztának több fajtáját különbözteti meg, de leghatékonyabb erejének mondja az ú. n. septembonát ⁹³ rakj rá ⁹⁴ itt orrpolyp ⁹⁵ orr ⁹⁶ szárított ⁹⁷ összetört, morzsolt, dörzsölt ⁹⁸ nedv ⁹⁹ préseld ki ¹⁰⁰ csöpögtesd be langyosan ¹⁰¹ gyógyíthatók ¹⁰² mutatványképpen ¹⁰³ sajátosság ¹⁰⁴ besózás, bepácolás ¹⁰⁵ sódar, a disznó hátulsó sonkája ¹⁰⁶ be: óz, be pácol ¹⁰⁷ hordó ¹⁰⁸ nagy edény, bocska ¹⁰⁹ köröm mancs ¹¹⁰ le kell vágnod vagy vágd le, szigorú parancsoló e. sz. 2. személy; Cato utasításában itt is majdnem mindenfűt ez fordul elő ¹¹¹ = Romani, ósrégi ¹¹² őrlött, összetört ¹¹³ fél modiusnyi, fél vékára való; egy véka kb. 8-75 liter ¹¹⁴ fenék.

dolii, aut seriae salem sternito. Deinde pernam ponito. Cutis¹¹⁵ deorsum¹¹⁶ spectet. Sale obruito¹¹⁷ totam. Deinde alteram insuper ponito. Eodem modo obruito. Caveto, ne caro carnem tangat. Ita omnes obruito, ubi iam omnes composueris,¹¹⁸ sale insuper obrue, ne caro appareat,¹¹⁹ aequalem facito. Ubi iam dies V in sale fuerint, eximito¹²⁰ omnes cum suo sale. Quae tum summae¹²¹ fuerint, imas¹²² facito.¹²² Eodem modo obruito et componito. Post diem omnino duodecimum pernas eximito, et salem omnem detergeto et suspendito¹²³ in vento¹²³ biduum.¹²⁴ Die tertio extergeto spongia bene, perunguito oleo. Suspendito in fumo biduum. Tertio die demito.¹²⁵ Perunguito oleo et aceto commixto: suspendito in carnario.¹²⁶ — Nec tineas,¹²⁷ nec vermes¹²⁸ tangent.¹²⁹

(Continuatio sequitur).

115. bőr, bőrös rész 116. lefelé 117. takard, borítsd
be egészen 118. elhelyez 119. kilátszik 120. vedd ki
121. legfelül 122. tedd legalul 123. akaszd ki a szélre,
szabad levegőre 124. két napig, két napra 125. vedd
le, akaszd le 126. husoskamra 127. moly 128. féreg
129. bántja.

Sanctus Stephanus.

Scriptit : V. F.

Constitit¹ interea vexilla Chanadius acer
Et iubet affectos² paulum requiescere turmas.
Iam sol occiderat, campos diffusa patentes
Iam tenet alta quies et densas irrigat³ umbras;
Corpora mersa iacent somnis defessa labore
Et soli vigiles castra in statione tuentur.⁴
Ipsa fatigatus strata⁵ in tellure lacerna⁶
Dux suavem carpit salicis sub tegmine⁷ somnum.
Ecce videt speciem⁸ magni apparere leonis,
Qui pedibus lato positus in pectore, vellens⁹
Hac dormitantem compellat voce tonanti:
«Expergiscere dux somnumque repelle, Chanadi;
Namque Georgius in pellito¹⁰ corpore sanctus
Adsum, quem semper magno veneraris honore;
Quodque meum nomen studio¹¹ tam saepe vocasti,
Laetus opem tibi nunc porto ferrumque iuvabo,
Ut facile hostiles possis superare cohortes.
Surge cito iubeasque tubas inflare canoras,
Achtonium noctu velox adorire superbum».

Excitus¹² e somnis clamare Chanadius arma
Incipit atque duces fessasque movere cohortes;
Accit¹³ praefectos¹⁴ et quid velit, edocet omnes.

Quisque probant coeptum, celerant componere¹⁵
turmas,

Arma parare iubent homines et signa levare.
Utque examen¹⁶ apum¹⁷ trepidatur ubique tumultu
Atque alios alii collidunt¹⁸ nocte sub atra.
Militibus tandem succinctis¹⁹ castra moventur
Ac veluti lemures,²⁰ celeri per prata volatu
Admissis aufertur²¹ equis exercitus omnis.
Tum necopinatus venit impetus; hostica castra
Mersa gravi²² somno recubant ignara pericli.
Hinnitu²³ sonituque pedum conterritus hostis
Non²⁴ constanti²⁴ animo discurrens noctis in umbra
Turbamenta²⁵ facit; dempto²⁶ caligine visu
Nil distinguentes²⁷ certum, quam fors inimica
Obtulit, accidunt,²⁸ hostem ferit hostis, amicos
Sternit amicus, equus sua proterit agmina saevus
Prospeculans²⁹ inter furiosa Chanadius arma
Achtonium frustra tenebris vestigat in atris,
Ignem cum subito videt exsuperare³⁰ propinquum
Et flagrare duo flammis tentoria³¹ rubris.
Tum lux ora ducis conlingit fada³² tyranni,
Qui densas inter turbas luctatur et ense
Digladians³³ orbem vivum perfringere temptat.
Nec mora; pellit³⁴ equum clamans haec voce tonanti:
«Quid facitis? iam state, viri; mihi victima grandis
Debetur,³⁵ ducis est nitidam³⁶ prosternere
praedam».

Cedit turba virum captoque Chanadius acer
Magna vi petit ense ducem virtute superbum.
Ille virum contra cernens instare furentem,
Vertit equum frenis duramque manu premit hastam
Excussequ³⁷ iacit; volat irrevocabile telum
Et tremulo crepitu vacuum secat aëre stridens.
Mirandum visu facit ecce Chanadius ausum;
Nam cum magna cito praeter latus hasta volaret,
Roboreum³⁸ dextra velox hostile³⁹ capessit
Et cito conversum subito retrudit in hostem.
Rem cernens incredibilem stetit obstupefactus
Ille loco nec habet iam tempus ad absiliendum;
Hasta redit stridens pectusque terebrat⁴⁰ apertum.⁴¹
Achtonius recidit letali vulnere tactus
Et porrectus humi vitam deponit iniquam.
Victor ad exanimum⁴² ducto⁴³ mucrone cadaver
Aggressus linguam rigido mutilavit⁴⁴ ab ore
Et peram⁴⁵ ex humeris pendentem condit⁴⁶ in imam.


1 megállit 2 kimerült 3 terjeszt 4 véd 5 leterít
6 köpeny 7 lomb 8 alak 9 rángat 10 bundás 11 buzgó-
ság 12 felriadva 13 odahív 14 tiszt 15 rendez 16 raj
17 méh 18 lökdös 19 felkészülve 20 kísértetek 21 el-
robog 22 mély 23 nyerítés 24 fejvesztetten 25 zavar
26 elvéve 27 megkülönböztet 28 megvág 29 fürkészve
30 felcsap 31 sátor 32 fényes 33 küzködik 34 megsar-
kantyz 35 jár 36 kövér 37 teljes erővel 38 tölgy
39 dárdanyél 40 átfúr 41 védetlen 42 holt 43 kihűz
44 levág 45 tarisznya 46 eltesz.

*Haec ubi facta vident, convertunt terga rebelles
Conanturque fuga vitae reperire salutem;
Quod tamen obscuras gravis est fuga noctis ob
umbras,*

*Maxima pars armis prostrata iacebat acutis,
Et tantum paucis vitam contingit in alta
Ulvis⁴⁷ et cannis⁴⁸ tecta⁴⁹ servare polude.
Iulius interea, vir fortis et acer in armis,
Forte loco pugnae tristi spatiatius, inane
Invenit Achtonii foedatum⁵⁰ vulnere corpus.
Consilium subito capit et stricto malus ense
Aggressus furtim caput a cervice recisum
Et panno⁵¹ servare⁵² sibi decrevit amictum.⁵³*

(Ad numerum proximum.)

⁴⁷ káka ⁴⁸ nád ⁴⁹ fedett ⁵⁰ elrutit ⁵¹ rongy
⁵² megőriz ⁵³ betakar.



LECTARIUS MINIMIS.

Mus campester.

Murem campestem taedebat¹ in campo vivere.

— O — gemit, — quanto melius est muri domestico: pluvia, vento, frigore non vexatur; nunquam esurit, semper accipit in cubiculo micas² et reliquias³ ciborum.

Tandiu gemebat, querebatur, dum aliquando in viam se dat⁴ neque prius consistit, quam in pagum⁵ advenit. Domum quandam intrat et celeriter sub scamillum⁶ irrepit.⁷ Ibi mus domesticus in calore dormitabat.

— Salve, mus domestice!

— Salve, mus campester! Cur huc venisti?

— Ut tecto⁸ me recipias.⁸ Gravis est in campo vita: algoe,⁹ egeo.

— Credo tibi, mus campester; sed utinam me hic locus capiat!¹⁰ Porro¹¹ non ita bene mihi est: ego quoque saepe esurio.

— Tamen — inquit mus campester — egregie tecum agitur.¹² Per ego te Deum oro, des mihi paulum loci.

Non possum, frater carissime. Sed ascende scamillum: ibi habitat regulus,¹³ qui fortasse tecto te recipiet.

Mus campester ascendit scamillum. Ibi regulus, id est feles¹⁴ arte¹⁵ dormiebat.

Mus campester dicit muri domestico:

— Non audeo regulum compellare,¹⁶ quia dormit.

— Ne compelles, sed insere¹⁷ caudam naso eius: iam expergiscetur.¹⁸

Miser mus campester sequitur consilium domestici muris et caudam in nasum felis inserit. Feles expergiscitur, conspicit murem, fremitum edit,¹⁹ murem appetit,²⁰ devorat,

Mus domesticus sub scamillo magnum cachinnum tollit.

— Merito²¹ tibi, stulte, hoc²¹ accidit.²¹ Cur venisti huc, si regulum tractare²² nescis?

Fama huius rei tristis exiit in regnum murium campestrium neque amplius ullus mus campester venit in pagum.

¹ Un. ² morzsa ³ maradék ⁴ útnak indul ⁵ falu ⁶ padka
⁷ bebűjik ⁸ szállást ad ⁹ fázik ¹⁰ elfér ¹¹ aztán ¹² kitűnő
dolgod van ¹³ herceg ¹⁴ macska ¹⁵ mélyen ¹⁶ megszólít
¹⁷ bedug ¹⁸ felébred ¹⁹ egyet ²⁰ mordul ²¹ elkap ²² úgy
kellett neked ²² bánik.

Lucius Marius.

Scriptis: Church A. J. In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

6. Reditus.

— Maturrime¹ venimus — inquit dux.

At Chrosimus iam exspiraverat.² Tum Lucius ad Pharnacem ducitur, qui benigne eum excipit.

— Cum te domum redire cupere certo sciam, suadeo, ut legatos, quos ad Pompeium missurus sum, abducas³ Tecum feres patris mei cadaver,⁴ quod Sinopes sepulcro condetur. Nave, quae tibi statim parata erit, Amisum veheris; si nondum imperator eo pervenerit, reliqua mea iussa ibi exspectabis. Ceterum te rogo, accipias meae erga te benevolentiae memoriam.

Quinque diebus post omnia parata erant ad proficiscendum. Pharnaces Lucio pulchra munera misit, in quibus erant duo gladii artificiosissime⁵ excusi,⁵ aliquot electra,⁶ duo

¹ legjobbkor ² kilehelte lelkét ³ elvezet ⁴ hulla
⁵ művészettel kivert ⁶ borostyánkő.

«Certe. Atque ipso illo tempore, cum cibus apponebatur.»

*

Magister: «Quamnam lineam duo puncta iungentem brevissimam putas?»

Discipulus: «Ferriviae⁴ lineam».

Unus: Laborasne ex dente? Si ego illum habuissem, iam pridem extrahi iussissem.


Alter: Ego quoque, si hunc tu habuisses.

⁴ vasút.

Æ N I G M A T A.

Series directae.

1. qua avis volat
3. et aliter
4. nomen terrae eiecta una consonante
5. ... publica
7. ex verbo nare fit
9. ... Deus pro nobis, quis...
10. urbs a Romulo condita
11. urbs in Locride
14. Coniunctio
15. Apud Graecos vox exclamationis est
16. Qui carmina scribit
20. Deus Romanorum
21. sicut n. 3
22. diligo alio nomine
28. Carmen quoddam
29. ... ne ultra crepidam
33. Deus Aegyptorum
34. ... et labora
35. Ex voce bonus derivatur
36. Vox ex verbo uro fit
40. Ex verbo esse fit
41. Litterae tres, quae in curribus vapores actos videmus
42. Auctor clarissimus Graecorum
43. Pars ultima divitis
46. ... victis
48. Animal domesticum
50. Praepositio
52. Contrarium vendo est
53. Piper talis est
54. Casus quidam nominis tectum
55. E voce os, oris fit
56. Unus parentum
57. Grave est
61. Mater generis humani
62. Dea Romanorum
63. «bene» in lingua Graeca
64. sicut n. 48
66. Nomen montis Africani
67. Vox e verbo limare fit.



Adelhaida Hadik.

Series libratae.

1. Acutus aliter
2. Mater matris nostrae est
3. Sed aliter
6. Salus rei publicae suprema ... esto
8. Quo loquimur

9. In coelo lucet
12. E voce imus derivatur
13. Ap
14. Vox salutandi
17. quot capita, . . . sententiae
18. Pronomen personale
19. Genus femininum vocis pius
23. Animal parvum
30. Coniunctio concessiva
31. sicut n. 3
32. Ex verbo oro fit
37. Deus Graecorum
38. Praepositio
39. Deus aurorae est apud Graecos
41. met
44. mare quoddam
45. Pronomen personale
47. E verbo reor derivatur
49. sicut n. 39
50. E verbo amo fit
51. Regio Graeciae
52. En aliter
53. Sine ho vivere non possumus
56. Flumen Italiae
58. Pars prima Anabasis
59. Pronomen possessivum
60. ex qua vinum fit
61. Pron. casus genitivus
62. Praepositio
65. Quoddam pecus volatile
68. Rixa aliter
69. Diligo aliter
70. Quo condimus cibos, sed relicta ultima consonante.

Solutio aenigmatum Numeri VI.

1. Series libratae. 1. mus, 3. fessus, 5. dieei, 21. dico, 22. divin, 23. impar, 24. si, 40. ut, 41. sus, 42. credo in unum Deum, 43. Gaudemus igitur, 44. em, 46. regnum, 47. dorsu, 48. ara, 49. lacero, 50. musiv, 51. Nursia, 52. virtus, 53. amans, 54. so, 55. ver, 56. ala, 57. sa, 58. si, 59. tt. Series directae. 1. musca, 2. agger, 3. futura, 4. mamrmor, 5. des, 6. se, 7. uu, 8. sed, 9. is, 10. da, 11. id, 12. est, 13. Iordaes, 14. inr, 15. eufonia, 16. calamus, 17. is, 18. sin, 19. mas, 20. mu, 21. dum, 22. duc, 23. in, 24. sinu, 25. Iser, 26. musicus, 27. viritim, 28. pro, 29. mitigo, 30. ira, 31. as, 32. ni. 33. riv, 34. ne, 35. sus, 36. aestus, 37. multus, 38. rapmi, 39. irata, 2. Cave canem. 3. Ovidius. 4. Pro patria et libertate.
5. Littera: m.

Aenigmata rite dissolverunt.

Adelhaïda Hadik, Ludovicus Kurcz (Veszprém), Dominicus Buza (Győr), Ernestus Visi (Győr), Michael Stier (Győr), Adalbertus Molnár (Budapest, realgimn. Széchenyi), Prisca Morgos (Kaposvár), Franciscus Csiky (Keszthely), Erminius Happ (Budapest, realgimn. Széchenyi), Justina Varga (Szombathely), Carolus Szakács (Budapest, realgimn. Széchenyi), Ludovicus Predl (Keszthely), Irene Stoll (Tata), Iosephus Albrecht (Keszthely), Georgius Nagy (Budapest, realgimn. Széchenyi), Joannes Kren (Budapest, e scholis Piis, primum non dissolvit), Martinus Molnár (Budapest, realgimn. Széchenyi, ultimum non est recte dissolutum), Georgius Kovács (Győr), Georgina Juhász (Szombathely, tria tantum dissolvit), Franciscus Nagy (Győr), Adalbertus Lukács (Budapest, e scholis Piis), Gisela Autheried (Szombathely), Nicolaus Rosenberg (Keszthely), Iosephus Mikes (Győr), Andreas Mányoki (Győr), Nicolaus Klein et Iosephus Bodó (Kisújszállás), Julius Horváth (Dombóvár, unum et alterum tantum solvit), Barbara et Maria Sille (Budapest), Margaretha de Tarnay (Budapest), Nicolaus Prasszer (Veszprém), Benedictus Schrammel (Budapest, e scholis Piis), Iosephus Rosenberger (Veszprém), Antonius Kegl (Szombathely), Adalbertus Gál (Mezőkövesd), Stephanus Pauer (Szombathely), Franciscus Kövér (Győr), Ladislaus Veder (Szombathely), Magdalena Kövy et Magdalena Mozsolics (Sopron, e gimn. S. Ursulae), Georgius Hoffmann (Szombathely), Eva Dickmann, Vera Groák, Maria Pesky, Anna Fábián, Magdalena Gönczy, Clara Weisz, Helena Hruby, Edita Perczel, Helena Léber, Anna Beliczay, Ildico Éltés, Georgina Sibella, Helena Laufer, Clara Langer (discipulae class. VII. gimn. Maria Theresia, Budapest), Franciscus Szabó (Veszprém), Emericus Forró (Kisújszállás), Stephanus Bilustyák (Veszprém).

Epistolia Officialia.

J. Horváth. T. Livii ab urbe condita libri omnes non sunt translati in linguam patriam. Nonnullos libros transtulit *Stephanus Dávid* (Pozsony, 1884) et *Schiefner* et *Vajdaffy* apud *Lampel*.

Moderator ephemeridis: E. KEMENES dr. O. S. B. Budapest, VIII., Baross-u. 62.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola. (Praeses: ACSAY ISTVÁN dr).